MONUMENTA
GERMANIAE

quisquam instituit, non cogitavit, predicavit
predicator egregius, non persuasit scriba in lege
doctissimus, sed ille solus humanis cordibus
inspiravit, qui pie invocatus sanat contri-
tos corde et alligat contritiones eorum. Tunc
obmutuerunt musica instrumenta, siluerunt ama-
torie cantilene, sola penitencium lugubris can-
cio personabat. Tunc discordes ad concordi-
am reducuntur, pater manum osculatur, qui+ — + q'; leg q̄ (que)?
occiderat filium, relaxantur debita, aperiun-
tur carceres, raptores et usurarii aliena resti-
tuunt. Ita enim contriti cordis amaritudi-
nem dulcedo quedam temperabat, immissa divi-
nitus, ut quasi corporeis oculis intuerentur
Christum in cruce pendentem ac pro crucifi-
xoribus orantem atque dicentem: 'Exemplum enim dedi
vobis, ut et vos similia faciatis.' His preci-
bus inclinatus redemptor animarum finem
malis imposuit. Ezelinus enim dum exercitum
parat et in campestribus Urceorum omnia — vrceorū I.
vastat, astat econtra Cremonensium exerci-
tus cum Ferariensibus et Mantuanis Mediola-
nensium explicans auxilium. Sed invetera-
tus dierum malorum, cui mille decipiendi — .c̄. ꝑ. I
artes adherebant, quibusdam maioribus Medi-
olanensium confederatur, ut ab eis Mediola-
num accipiat. Sicque Martino de Laturre con-
tra Ezelinum exercitum ducente Ezelinus